Num. VII.

ORDINARIA RELATIONIS HISTORICO-HEBDOMADARIAE

Continuanda Continuatio, 16. Februarij, 1638.

Mediolano, 27 Ianuarij.

EXcellentiſsimus Marchio de Leganes miſit magnā equitum, peditumque mul-
titudinem ad expugnationem oppidi & Caſtelli de Ponzone, ſiti in Statu re-
gioni Montisferratenſis, quod ſi res proſperè, & ex animi ſententia ſucceſſe-
rit, prouiſum erit ſecuritati iſtius prouinciæ, & iter nobis ſemper peruium foret
per regionem las Langas ad mare vſque, cum magno regij Hiſpanorum Exercitus
ſubſidio & commodo.

Confirmatur adhuc, Gallorum Ducem Cricquium aliquot Montſeratenſe ſub-
ornaſſe milites, qui ſe dicerent transfugiſſe à regio quoque exercitu Gallico, & ſe
conferrent in oppidum Nizza, captaque occaſione aſcenderent puluerem commen-
tarium, in quem cuniculum dictus Cricquius habebat circa prædictum oppidum pa-
ratum uſi, ictosque quamplurimos milites Gallos, ad illud durante incendio oc-
cupandum, ſed conatu eius hoc patefacto, proditores comprehenſi, & ſuſpenſi
ſunt.

Prorex Neapolitanus miſerat magnas pecuniarum ſummas Gubernatori Me-
diolanenſi pro exercitu regio, & ad tantò maiorem defenſionem Status Mediola-
nenſis, militarem conſcriptionem grauiter continuat, vti & Eques Palauicinus,
qui in prouincia Genuenſium mille pedites conſcripſit, & in ipſo Statu Mediola-
nenſi primo quoque tempore militem prouincialem armabit, neceſsitate requi-
rente, vt in omnem euentum paratus ſit.

Lugduno Galliarum, 28 Ianuarij.

Literis Pariſienſium perſcribitur, Gallorum Reginam vterum ferre, ex eoque Re-
gem maxima affici lætitia, & pacis componendæ aquas conditiones minimè recu-
ſaturum, plerique exiſtimant.

Prædictus Galliarum Rex Chriſtianiſsimus poſtquam in oppido Ruel & S. Ger-
mani ſano ægritudine laborantes, iuxta receptam Galliarum Regum conſuetudi-
nem, tetigiſſet, cum Regina ſua, quam certò grauidam & prægnantem eſſe aiunt,
hoc Bacchanaliorum tempore choræas duxit.

Generalis Gallicanæ militiæ apud Principem Saxo-VVimmarienſem Legatus
Hallierius, per hanc vrbem Lutetiam Pariſiorum verſus profectus eſt, cum Rege
ſuo ardua magnique momenti negotia tractaturus, & præſens ei omnem ſtatum,
conditionemque de exercitu VVimmarienſi aperturus.

Claſſis

Claſsis Gallicana cum optatum nauigation is ſuæ fructum nequaquam ac
poſſet, iterum ex Oceano meridionali partim ad Toulonis, partim ad Maſsil
eus, poſt varios atrociſsimarum tempeſtatum exanclatos labores, regreſſa e
dem nauium lacerarum curam agens.

Hollandorum naues, quæ in Orientalem Indiam nauigationem ſuam in
runt, ſub Archithalaſſo Kinn, in Guinea munitiſsimum Caſtrum Elmina H
& Americanis eripuerunt, idque per præſidiariorum paucitatem, poſt qua
nam obſidionem, oppugnationemve, facili negotio deditione expugnarunt
dictique præſidiarij & inquilini Hiſpani cum ſarcinis nonnullis & impedi
ad vicinum præſidium & Caſtrum S. Thomæ dimiſsi ſunt.

Viennæ, 29 Ianua ij.

Viatores negotiorum cauſa Poſonio huc diuertentes nunciant, Imperatric
ronationem propediem iam ijs in Comitijs euentum ſuum habituram, q
quidem omnia obſtacula hactenus eam impedientia, nunc planè ſublata
gloriofiſsimæ memoriæ Ferdinandi Tertij Imperatoris vidua Coniunx eiu
garicæ ſcilicet Coronæ imperio, adminiſtrationique renunciarit.

Ex Pomerania, 28. Ianuarij.

Quanta patriæ noſtræ calamitas ſit, Dominationem Veſtram ex præcede
meis literis ſatis clarè intellexiſſe arbitror. Bannierius recentem è Suecia m
exſpectat, & ab vrbibus ſibi præſidiarijs magnam pecuniæ vim extorquere a
rat, vt ea ratione bellum continuare poſsit. Interim deploranda harum reg
facies verbis vix effari poteſt; ad duodecim milliaria vaſtam quaſi videre eſt
nec hominum, immo nec ferarum acceſſu peruiam, ſed plurimorum fame &
extinctorum cadaueribus refertam.

Elector Brandenburgicus etiamnum militares ſuas conſcriptiones indu
continuat, & proximo vere numeroſum exercitum aduerſus Suecos in ca
foret ducturus.

Hamburgo, 3 Februarij.

Miles Cæſareus Vviſmariam denuo obſedit ciuitatem, & ad eius redinte
dam ſummis viribus oppugnationem, tormenta & machinas propius adduci

Sub initium huius anni, ſtupendum monſtrum marinum in Balthici maris
viſum, perque tempeſtatem ad vrbis Stralſundanæ littus diſiectum fuiſſe, perſc
tur, de cuius certitudine & veritate, proximè vlterius referemus.

Ad vrbem Lubeccenſem Cæſaro Saxonicæ militiæ Tribuni frequenter mod
ueniunt, ex eaque ciuitate ingentis annonæ & viaticorum multitudinem, cum
gna ommoditate percipiunt. Proximis diebus, Florentiæ Princeps ſub Gallas
militans exercitu, prædictam Lubecenſium vrbem ingreſſus eſt, quem Magiſtr
omni publico lætitiæ genere ſplendidè excepit, in eiusque aduentum torm
bellica per ciuitatis moenia diſpoſita, lætiſono fragore intonarunt.

Marpurgo, 3 Februarij.

Ante biduum, Generoſus Baro & Vigiliarum Magiſter Leubel, non ſine ex
vtriuſque partis Darmſtadienſis & Caſſellanæ Dominorum Deputatorum deſid

Biblioteca Nacional de España

ſtatione, ad hanc vrbem acceſsit, eum in finem, vt cœptam vtrimque pacis
onem felicem ad exitum perduceret, de cuius proſpero ſucceſſu minimè
gimus. Commemoratæ Pacificationis Articuli & ſingula capita calamo
pta, & ad Auguſtiſsimum Cæſarem tranſmiſſa ſunt, vt ea ſua & Imperij au-
e confirmet, rataque habeat. Aiunt, nunc ab vtraque parte armiſtitium, per
catores in vtriſque caſtris publicandum fore, euentum tempus aperiet.

Ex oppido SiluæDucis in Brabantia, 6 Februarij

liti iam citra plurimorum opinionem, hoc in oppido contingunt caſus,
m commiſeratione ducuntur omnes boni Catholici. Proximè præterita die
, quæ fuit 4 Februarij, omnes hac in vrbe exiſtentes Religioſorum Ordinum,
s, connentuales, Monachi, Sacerdotes, & cuiuſcumque conditionis, ſexus, ac
Eccleſiaſtici, ſiue Religioſi abhinc in exilium relegati ſunt, nulla habita per-
um, ac dignitatis ratione, ſed omnes quantocyus vrbe exire, & tumultuariè
aſatis rebus, cum ſummo vitæ, ac fortunarum diſcrimine, per dura & aſpera
a, per ſolum, per aquas, per niues & glacies proficiſci, ac aliunde ſedes ſuas
ferre coacti ſunt. Neque hoc noſtratium Eccleſiaſticorum exilio A Catholici
ri Aduerſarij acquieuerunt, ſed etiam proximis diebus quorumcumque ciuium
os viſitarunt, viderunt, perluſtrarunt, quod & heri ſub veſperam adhuc factū,
n vrbis noſtræ Prætor Hollandus cum ſtipatoribus ſuis militibus opulenti cu-
dam mercatoris Catholici ædes inuaderet, inuolaret, & benedictum ſacrumque
o calicem, cum Crucifixi argentea & ex auro fabricata Imagine, cæteriſque Al-
um ornamentis, ſecum auferret, poſtmodumque ſequentis Mandati ſententiā,
ollandiæ Statuum Vnitorum nomine, nobis inſinuaret, quam ex Belgico Germa-
ſimo, compendioſè in Latinum idioma vertere operæ pretium duxi; habet autem
c:

NOs Prætor & Scabini oppidi SiluæDucis, ex conſilio & mandato præpotentium ampliſſimorumque Hollandiæ Statuum Vnitorum, iubemus vniuerſis & ſingulis Ciuitatis noſtræ inquilinis, ciuibus, & omnibus quibuſcumque ſiue Sæcularibus, ſiue Eccleſiaſticis perſonis ſeriò demādamus, vt ocyus ampliſſimorum Hollandiæ Ordinum Decreto, quod 23. Ianuarij aduerſus Siluæducis oppidi eccleſiaſticos latum fuit, morem gerant, & ſecundum id actiones ſuas ita inſtituant, vt omnem mulctam euitare, & à damno ſibi maturè cauere poſſint. Ea eſt ampliſſimorum Hollandiæ Ordinum, noſtræque vrbis Prætoris, & Scabinorum voluntas, & ſententia, quæ ſic eos facere iuſſit.

Præter huius mandati ciuibus noſtris inſinuati tenorem, ijſdem ſeriò inhibitum fuit, ne poſt primam huius euulgationis diem, Eccleſiaſticorum aut Religioſorum quemquam clanculum in vrbe hoſpitio excipiant, alant, vllumve eis auxilium ſuppeditent, quod ſi ſecus fecerint, grauiſſimis pœnis, & pecuniarum mulctis in tranſgreſſores animaduerſum iri declararunt.

Cogun-

Biblioteca Nacional de España

Coguntur itaque boni noſtri Catholici hic etiam vel cum maximo t pidatione, latere, vel fugere, & miſerè in exilium abire.

Limpurgo ad Lahnam, vndecima Februarij.

Ante paucos dies tantæ aquarum inundationes apud nos in fluuio Lah quales vix ab innumera ſæculorum ætate, aut viſæ, aut auditæ. Certè om finitimi accolæ ex tanta aquarum ſubito creſcentium altitudine non perpeſsi ſunt calamitatem, neque ab hoc communi patriæ malo ac da plurima oppida, agri, pagi, & villicorum coloniæ immunes fuerunt; in quibuſdam patriæ noſtræ locis prædictæ hæ aquarum eluuiones ag na funditus deleuerint, vicinamque regionem, immo totum patrium & ſtrum ſolum ab omni malorum colluuie, militumque diuturna moleſ rint, vt iam multo ſerenior patriæ noſtræ facies reſplendere, ac illuce tur, vtpotè cum ante dies non multos cum ipſamet hyemali glacie, & ni omnes præſidiarij noſtri ad inferiores patriæ partes dilabi, & quaſi def perint, & cum iam reliquos aduerſus Imperij hoſtes ducendos in cam ſit, quamuis tamen necdum ſatis conſtans, ita ſereniorem hanc regionu ciem aliquo tempore adhuc duraturam fore ſperamus.

Ex Hadamaria, 12. Februarij.

Parum hic modò noui, niſi quod heſterna luce aliquot militum turmæ, vltra biduum in Comitatu noſtro ſubſtitiſſent, & pernoctaſſent, Rhenu iter ſuum deflexerint, Excellentiſſimi Ducis & Marchionis ſui Carret lectilem ſecum deduxerunt, & quod mirum, nullas vicinis accolis mole tunt, ſed leui ſaltem pabulationis & frumentationis viatico contenti fue ior regioni noſtræ tranquillitas affulgere videtur, quotidianum tamen perrimos fatigat.

Bruxellis, 11. Februarij.

Miles Hiſpanicus, qui in Arteſiæ & Hannoniæ finibus hybernabat, Ca may hoc tempore ſuæ fecit poteſtatis, & defenſores circiter octoginta Ga præſidio mactauit.

Excellentiſsimus Comes Piccolominæus modò res ſuas ad abitum diſ Sereniſsimus Princeps Cardinalis grandem pecuniæ maſſam, & centum Ducatorum millia pro augendis exercitus ſui viribus, & veterum legionum mentis, adnumerari iuſsit; ex quo neruo prædictus Comes breui tempor ditit ium militem conſcribet. Ex Hannoniæ finibus pleræque equitum ſpanicæ hybernandi cauſa, ad alia loca profectæ ſunt, vt tamen contra p excurſiones eius prouinciæ ſecuritati conſultum foret, nonnullæ Croatarum tes limitaneis ijs locis præſidiariæ impoſitæ ſunt.

Ex Diœceſi Monaſterienſi, 12. Februarij.

Heri magiſtri equitum Ioannis de vado (*zur Stegge*) Legatus ſedecim riorum militum numero ſtipatus, palantium quandam Haſsiacorum equi mam cæcidit, opimamq; equorum, & captiuorum prædam ad ſua Quartie xit. Pacis inducias inter Heſſum & Cæſarem vtrimque compoſitas certiſ nunciatur, eaſque tubarum & tympanorum clangore propediem diuulga communis omnium eſt fama, & opinio.

F I N I S.

Biblioteca Nacional de España